





1049.

16

DE

# NOTIONE STVPRI VIOLENTI DISPVATATIO.

QVAM

1500 !

ILLVSTR. ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRO

SVMmis IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE CONSEQUENDIS

PRAESIDE

IOANNE CHRISTIANO FRANKE

IVR. VTR. DOCTORE FACVI.T. IVRID. WITTEBERG.  
NEC NON IVDICII PROVINCIAL. IN MARCHIONATV LVSATIAE  
INFER. ASSESSORE ORDINARIO

DIE XXII. DECEMBRIS CICIOCCC

DEFENDET

A V C T O R

CAROLVS FRIDERICVS BVRSIAN

ARNSDORFIO. MISNICVS

FISCI ELECT. PER CIRCVLUM MONTANVM PROCVRATOR,  
IVR. VTR. CAND. ET ADVOCATVS IN SAX. IMMATRIC.

---

WITTEBERGAE

LITTERIS CHRISTIANI PHIL. MELTZERI  
ACADEMIAE TYPOGRAPHI



etiam eis quibusque iuris iudicis iuris iudicis  
etiam eis quibusque iuris iudicis iuris iudicis  
etiam eis quibusque iuris iudicis iuris iudicis  
**P R O O E M I V M .** Ita utrumq[ue] iuris  
etiam eis quibusque iuris iudicis iuris iudicis  
etiam eis quibusque iuris iudicis iuris iudicis

**Q**uod mihi de stupri violenti notione agenti fuerit consilium,  
etsi ex iis, quae sum dicturus, facile intelligi possit, tamen,  
ne viri docti aut alia, aut plura, quam huic dissertationi insunt,  
sperantes, decipientur, paucis a me indicandum esse existimo.

Namque non erat in animo, vt res scriberem plane no-  
nas; sed vt ea, quae de hac re ab aliis iam dicta reperiuntur,  
fideliter colligerem, illustrarem ac fuis exponerem. Neque  
enim hanc scribendi rationem vituperandam esse arbitrabar.  
Etenim in foro qui versantur ea quaerunt, quae vtilitate se  
commendant, licet nouitatis desituantur gratia. Attamen nec  
recentiorum Iureconsultorum sententias praetermisisti, sed potius  
ex scriptis eorum omnia, quae ad praesens spectant argu-  
mentum, delibani atque decerpsti.

Quo tamen commodius ad ipsam rem, quam mihi tra-  
ctandam sumsi, progrediar, non totum de stupro violento lo-  
cum absolvere apud me constituebam, quippe quod ab aliis  
iam factum esse constabat<sup>a)</sup>, sed in notione huius delicti de-  
finienda subsistere latius esse ducebam.

#### Spera-

a) Quorum in numero est **ANTONIUS** ditt. ad Pand. Sp. 584. Jo. SAM. FR. DE  
**BULLAEUS**, Diff. de Stupro violento, Bre- BOEHMER, Diff. de rigore iuris in stupra-  
mae 1621. AUG. DE LEYSEN, Diff. de Hu- tores violentos, Francof. 1762. relata in Ejusd.  
pro violento. Vit. 1736., inserta Ejusd. Me- Meditatt. ad C. C. C. art. 119. et Io. IAC.

Sperabam enim, si vnam tantum partem doctrinae de stupro violento tractandam mihi proponerem, eamque omni, qua possem, industria enuclearem, gratius me facturum plurimis, quam si ad omnem huius doctrinae ambitum animum dirigerem, et, ne huius libelli modum excederem, plurima acu tantum, vti dicunt, tangerem. Verum hac in re de notione stupri violenti disputare maxime necessarium mihi videbatur propterea, quod de hac potissimum virorum doctorum opiniones diueriae deprehenduntur, licet negari non possit, de poena, qua stuprator violentus affici debeat, si naturam huius delicti specto, varie sentiri posse. Etenim ultimum supplicium minime aptum esse huic delicto, facile ex iis patet, quae in vniuersum de poena capitali disputarunt viri docti. Sed vt eo, vnde digressa est, referat se disputatio, in notione stupri violenti constituenda, nil nisi hoc docendum mihi esse videtur: quis huius delicti se reum facere, quam in personam illud committi et quibus sub circumstantiis perpetrari possit, missis omnibus argumentis, quibus nonnulli, praelertim vero Medici existentiam huius delicti in dubium vocare student<sup>b)</sup>.

Ceterum, si, quod virium tenuitas timere iubet, quibusdam in locis errauerim, neque omni ex parte rei ipsi fatis fecerim, lectores me habiturum esse aequos bonosque eo certius

**C**ELLA, in libro von Verbrechen und Strafen in Unzuchtsfällen, Zweybrücken u. Leipzig 1787. Abschn. III. Kap. I. §. 99—118.

b) Disputarunt de hac re inter alios ANDR. OTTO GOELICKE, in Med. forens. Francof. ad Viadr. 1723. Sp. VII. S. 1. p. 115.

**V**ALENTINI, in Pand. med. legal. P. I. S. I. C. 20. **T**EICHMEIER, in Inst. Med. legal. Cap. IV. p. 51. **I. D. METZGER**, in System der gerichtl. Arzneiwissenschaft. Königsb. u. Lpz. 1793. §. 445—447. et **KLEIN**, in Halleschen Rechtsprüchen, Th. II. No. II. p. 45.

tius equidem spero atque confido, quo magis hanc materiam multis difficultatibus esse impeditam, ipsi intelligent.

## §. 1.

*De stupro, cum persona, quae non consentit, perpetrato.*

Novam plane ac singularem naturam stuprum induit, quando in non consentientem, immo in reluctantem committitur. Quod enim in stupro simplici utriusque parti vitio dari potest, id in stupro nolenti illato vnius tantum culpae est tribendum, propterea quod tanto flagitio alterius simul laedantur iura perfecta. Is autem, qui non consentit, *nolle* dicitur, siue vi externa, siue hebetudine mentis aut absentia iudicii impediatur, quo minus se, prout debeat, determinare possit. Causa igitur adest, quae, si omnem eliminat culpam, iusta esse censetur. Sed habet quasdam haec res subtilitates. Neque enim iustum causam adesse contendit potest, si blanditiis viri mulier cedat ita, vt, licet fordida cupiditate non flagret, tamen stuprum admittat.

Nam id ipsum iam iniustum est, blanditiarum illecebris plus, quam virtuti tribuere.

Alia vero ratio est, si quis tales se gesserit, vt mulierem, quae nec blanditiarum illecebris, nec ingenii acumine, seu venustate corporis, quo se libidini alterius dedat, perduci potuerat, eo usque fallat, vt vel per errorem lapsa, vel vi oppressa, in plagas, quas illi tetendit, imprudenter incidat. His rebus iustum inesse causam dico, et stuprum ipsum *non consentit*.

*Sentienti illatum, seu non voluntarium* <sup>c)</sup> *recte voco.* Sed tres ei quasi formae ac diueriae species subiiciuntur, quarum prima est, si quis absentiam iudicij facto suo procuraverit, altera, si ea citra eius fraudulentiam adfuerit, tertia denique, si vim adhibuerit et in hac animi perturbatione personam compresserit. Primum, quod, quia fraude et insidiis a stupratore structis, perficitur, stuprum fraudulentum seu insidiosum nomino, duplificem rationem habet. Fieri enim potest, vt mulier concubitum patiatur, promissis fidem habens, quibus seruatis, proteritas actionis minui ipsi videtur, vt, si quis puellae nuptias proxime celebrandas nunciarerit, sed promissis suisflare ne in animo quidem habuerit <sup>d)</sup>. Alia tamen est ratio, qua mulier eo inducitur, ut concubitum

pro-

c) Non possum igitur in partes abire TITTMANNI, (ICti Lipi., amici mei auctissimi, cuius libro, qui in vulgo emensus est sub titulo: *Grundlinien der Strafrechtswissenschaft und der deutschen Strafgesetzkunde*, Leipzig 1800, in conscribendo hoc libello magno cum fructu saepissime rbus sum,) qui divisionem in stuprum violentum et non voluntarium falsam, aut nullius esse contendit momenti. - Vid. eius *Grundlinien*, modo laudat, §. 169. Not. c. Stuprum non voluntarium genus est, cuius species sunt: stuprum insidiosum, fraudulentum et violentum.

d) Cuius quidem stupri non voluntarii gravitatem non solam ex fraude, verum etiam ex eo, quod mentem feminæ vorumpta stuprator, dimetiendam esse, Gra-

corum leges suadent. Sanciunt enim, vt adulter, qui mulierem quandam vitiat, duplificem multam foluat, quam pro stupro simplici constituta erat: fin autem perflusione stupraverit, marito licet, eum impune occidere. Exilissimum enim maiori odio dignum esse, qui perfludeat, quam qui vi agit, hunc enim improbatorem suam palam ostendere, illum vero et mentem corrumpere eius, cui perfluetur. Vide LYSIAS, Ἀπολογία ὥπη τῷ ερατὸς Σίνε Θόνι in Orator. Graec. edit. REISKE, Vol. V. N. I. p. 34 sq. XENOPHON, in Hierone, Cap. III. p. 212, et in Sympolio, Cap. VIII. p. 214, edit. ZEUNRI et SAM. PETITI Commentarius in leges Atticas, Libr. VI. Tit. IV, p. 564 sq. (Edit. PETRI. WESSELINGI, Lugd. Batav. 1742.) Eadem ratione et VL-

PLA-

optime licitum rata, denegandi nullam plane causam intellicat, veluti, si quis nuptiarum solennitates (*die Trauung*) collide repreäsentet <sup>c)</sup>). Deinde, quod occasione oblatum dixi, stuprum *fraudulentum* vocare non dubito, sub quo intelligo, quando *stuprator* conditione *feminae, omni auxilio expertis, casu ortas, non sua opera procurata ad stuprum perficiendum* pessime vitur <sup>d)</sup>. Exempli loco sit, si quis feminam, in animi deliquium collapsam, aut sopore alto oppressam, aut summa ebrietate laborantem, ubi eam deprehenderet, stupret <sup>e)</sup>. Hac enim in specie non vis adest, sed astutia. Neque enim vires stupratae supererasa experimus, nec quidquam factum est opera atque consilio stupratoris <sup>f)</sup>. Ab his vero stupri rationibus longe illud differt, quod *vi perfectum* est, unde etiam nomen *stupri violenti* proficiscitur.

## §. 2.

**PLANUM** philopothatum fuisse, ex L. I. §. 3. Pof. XIV. ENGAU elem. iur. crim. Libr. L. <sup>z.</sup> de seruo corrupto intelligitur: *persuadere laitem plus est, quam compelli atque cogi sibi parere.* Conf. etiam, quae hac de re disputavit DE SODEN, *Gesetz der peint. Gesetzgeb. Teutschlands*, Th. I. §. 151. p. 182.

e) E sententia KRESSI<sup>II</sup>, ad art. 119. §. 2. Nr. 2. hoc etiam referendum esset, si quis pauper et humili loco natus, se divitem et honestum simulasset, et puellam honestiore loco natam ad stuprum pellexisset.

f) Haec stupri species a nonnullis stuprum violentum, *improprium* vocatur. Vid. MYLIUS ad Beyerum, art. 119. C. C. C.

g) Conf. BENGER, Elect. iur. crim. p. 9. et in Suppl. ad Elect. T. II. Oblv. VI. p. 14; BÖHMER, ad Carpzovium, Qu. LXIX. Oblv. II. et ad art. 119. C. C. C. §. 4. et GMELIN, *Grundf. der Gesetzgeb. von Verbrechen und Strafen*, §. 130.

h) Aliam igitur rationem esse, si ipse stuprator feminam in eum statum deduxerit, quo omnis et auxiliis et rationis expers sit, ex iis, quae infra dicturus sum, magis aparet.

*Lectio secunda omnia mala. §. 2.*

*Stupri violenti definitio.*

Dico autem *stuprum violentum* (*Nothzucht*) illud stuprum, ad quod admittendum persona altera ita cogitur, ut vi et aestui alterius aut plane non, aut non sine vitae vel valetudinis summo periculo resistere possit<sup>i)</sup>.

§. 3.

*Definitionis explicatio.*

Est igitur stuprum violentum ex eorum delictorum numero, quae tam *forma*, ut ita dicamus, quam *materia* eminent. Materia enim huius delicti *concubitu* constat, *contra voluntatem alterius* peracto, forma autem cernitur in *mediis violentis*, quibus concubitus paratur. Neque igitur hoc delicto unum tantum ius violari, sed plura laedi et in periculum adduci intelligitur. Etenim, si huius delicti naturam respicimus, ius laeditur, quod cuique in *corpus suum* competit, et quia iuxta altera persona sit, *libertas eius* ut circumscribatur necesse est: ac denique per vim ipsam, quia altera persona consilium suum efficit, in *vitam et valetudinem* alterius impetum fieri cernitur. Ex his vero facile patet, non amplectendam esse sententiam eorum, qui stuprum violentum ad carnis referunt delicta<sup>k)</sup>, cum haec labes reliquis, quae

i) Conf. TITTMANN, l. c. §. 169.

k) Quorum in numero qui sint, non opus est, ut hoc loco doceam, cum optime cognosci possint ex iis, quae infra de personis

quae huic facinori inhaerent infamiae notis turpitudine cedat.  
 Sane in eo, quod libertatem alterius, imo eius vitam et valetudinem in discrimen vocet, grauiorem induit noxam. Neque enim hoc in stupro violento solum spectatur, quod quis morum migrauerit legem, sed id potissimum culpae datur, quod vi oppreserit. Et hanc potissimum rationem ego, de stupro violento disputaturus sequi conserui. Ut enim in cuiuscunque delicti natura definienda hoc semper maxime spectari debet, quod iurium violatorum sanctissimum sit, et qua in primis ratione patrati delicti auctor se in societatem ciuilis periculosis praebat, ita etiam in stupro violento vitae, valetudinis et libertatis periculum, imo ipsam violentiae magnitudinem, summum, quod vitio verti debeat, esse censeo. Itaque non mirum cuiquam videbitur, quod non tanti fecerim honoris laesionem, ad quam omnia in stupro violento referenda esse putant, et maxime omnium spectare solent<sup>1)</sup>. Licit enim damnum importetur honori mulie-

disputabo, in quibus hoc delictum committi potest.

1) Quia quidem in re modum ex-  
 cellisse videntur REGNER ENGELHARD,  
*Versuch eines allgemeinen peinl. Rechts*, I.  
 §. 377, p. 546. et DE SODEN, l. c. Th. I.  
 §. 146. Quantum KLEIN huic rei tribuat, ex eo intelligitur, quod corpus delicti in  
 dubiis rebus nisi dicat, in *vi* scilicet, et  
 honoris laesione. Vid. eius *Grundf. des  
 peinl. Rechts*, §. 404. p. 314. Rectius CER-  
 LA, l. c. §. 101. de hac re disputat: »der

*Grund der Strafwürdigkeit, das, was Noth-  
 zucht zum peinlichen Verbrechen macht,  
 liegt nicht in der geraubten jungfräulichen  
 Ehre, in dem Schaden, der dadurch dem  
 Mädchen an ihrem zeitlichen Glück zuge-  
 fügt wird; denn dieser ist beim freywilligen Stupro, von der politischen Seite be-  
 trachtet, gleich gross. Der Grund der  
 Strafwürdigkeit liegt hier in der gewalt-  
 thätig beleidigten öffentlichen Sicherheit,  
 für deren Aufrechthaltung und Gewähr-  
 lung der Staat der Frau und ihrem Mann  
 sowohl, als dem Mädchen, der Jungfrau*

muliebri per stuprum violentum, haec tamen iactura, si cum periculo, vitae aut valetudini illato, comparatur, leuior existimanda est. Praeterea etiam, cum voluisse turpia, honorem et famam minuat, iniuriam nolenti illatam nemo, nisi ineptifimus, honestae feminae vitio vertet et infelicem dannabit pudicitiam.

## §. 4.

*In quibus personis stuprum violentum committi possit?*

i) *An a muliere in viro?*  
Iam, in stupri violenti naturam, si accuratius inquirere velimus, ante omnia ipsius obiecti seu personarum ratio habenda est, in quibus et a quibus possit committi.

Ac primum quidem multi sunt, qui hoc delictum a feminis in viro committi posse negant, sed iniuria. Nam, quae

fowohl, als dem Junggesellen, dem unbescholteten Mädelchen sowohl, als der von einem andern schon gefchwächten zu leicht verbunden ist.

m) Haec opinio verbis ipsius C. C. C. art. 119. nisi videtur: Item fo jemandi eyner unverleumbten ehefrauwen, witwen oder jungfrauwen, mit Gewalt und wider jren willen, jr jungfrewlich oder frewlich Ehr neme. At vero CAROLUS V. honorem non eum dixit, qui honestas feminae habetur ab aliis, quasi ille minuetur stupro violento. Sed ipsum castitatis ac pudicitiae decus sanctissimum ipsi feminine, quod ab omnibus bonis in summo honore habe-

tur, intelligendum est. Quod, vt ex linguae vnu, ita etiam ex legislatoris consilio, luculentur appareat. Nam si quis inuitam amplexibus suis confuscarerit, is hoc agit, vt feminæ, aut virginis aut vxori, illud decus et ornamentum eripiat, quod omni studio feruandum esse quilibet intelligit. Itaque, dum hoc vi auellere studet, invicam quasi ad lupanaria detrudit, et libertatem aequa ac honestatem laedit. Hinc sit, vt, quod infra demonstрабо, in coniuge maritus adeo stuprum violentum committere possit. Ceterum mirum profecto est, WACKHUM in Glosario ad C. C. C. ne verbum quidem hac de re dixisse.

de sexus disparitate afferunt<sup>2)</sup>), tantum grauitate argumentorum non valet, vt huic delicto locum denegem. Licet enim negari non possit, hanc esse viri rationem, vt, nisi sua ipsius natura ei stimulum admoueat, concubitus irritus sit, tamen, cum demonstrari nequeat, opprimi cupiditatem taedio feminae ad stuprum cogentis, atque hoc taedio semper languorem et inertiam effici; improbari nequit, concubitum a viro vi quoque extorqueri posse. Quod enim *rarius* fieri solet, id nunquam fieri, contendi nequit. Facili quoque negotio alterum argumentum, quod aduerlarii e damno, quod hoc delictum sequitur, ducunt, refelli posse arbitror. Stuprum enim a viro extortum, virum ipsum, dicunt, tali non contaminare labe, quali femina afficiatur, cui pudicitiae honorisque conseruatio sanctius bonum esse debeat, quam viro, cui facilius et mores indulgent et tempora<sup>3)</sup>. Etiam si autem haec omnia concedam, nec negligenda esse censem, tamen sententia mea nullo pacto tollitur. Etenim nil aliud ex hoc argumento sequitur, quam vt grauius delictum sit, in femina, quam in viro commissum, neque vero hoc probatur, quod suisset probandum, stupri violenti notionem ab hac causa remouendam esse<sup>4)</sup>. Accedit, quod ipsa natura

deli-

n) Sic argumentatus est **QUISTORP**, das peinl. Recht. Th. I, §. 187, p. 570. **KOCH**, intl. jur. crim. §. 291. Schol. p. 155. **MESTER** princ. jur. crim. §. 298. et **STELTZER**, Lehrbuch des deutsehen Criminalr. §. 569, qui etiam hoc addunt, quod C. C. C. art.

5) Hoc argumento nituntur **QUISTORP**, k. c. p. 36; **DORN**, prakt. Commentar üb.

p) Meae sententiae faveat L. 29. n. ad I,

delicti, quam supra descripsi, sententiam meam mirifice confirmet. Siue enim femina, sive vir ad concubitum cogatur, libertatis laesio sit, inque summum et vitae periculum et valetudinis alterutra pars potest deduci <sup>2)</sup>. Denique est virilis quoque castitatis honos et decus pudicitiae, quod lasciuia Quartilla non impune inquinare debet.

§. 5.

2.) An in meretrice stuprum violentum committi possit?

Leges fere omnes, quae de huius delicti poena disputant, honestae feminae tantum rationem habent <sup>3)</sup>. Vnde facit

ctum

Jul. de adulteriis. Ad eft mihi etiam KRESS, ad art. 119. §. 9. BEYER, ad eund. Pof. VII. BOEHMER, ad eund. §. 10. et ad Carpzovium, Qu. LXXV. Obs. 2. et CXXXIII. Obs. 2. KOCH, I. c. §. 288. DE SODEN, I. c. Th. I. §. 153. p. 185. et alii. Exemplum stupri violenti a femina commissi extat apud BEYERUM, in delin. iur. civ. secund. Pand. Libr. 48. Tit. 5. No. 33. neque improbabile hoc esse contendti potest. Si feminas accipimus tales, qualis est Quartilla apud Petronium, vid. verionem ADOLFI GRÖNINGERI, Berolini, 1786. p. 42. sq., cuius paucissima exempla seruata sunt. Qua quidem in <sup>4)</sup> feminis summa iniuriam facere videtur PAALZOW, qui in compendio juris criminalis. §. 518. in Italia feminas libidinosas tanta cupiditate flagrare dicit, ut per praefentes sicarios iumentibus mortem minentur, nisi ad concubitum lefe accingant,

q) Qui meam sententiam non sequuntur, tamen sodomitam in puerum per vim commifram, stuprum violentum dicunt: FARINACIUS, in Opp. crim. P. V. Qu. CXLVII. No. 1. MEISTER, I. c. §. 298. Not. c. Sodomitam vero a stupro violento toto coelo differre, nulla opus est demonstratione.

r) L. 29. in fin. C. ad L. Jul. de adul. art. 119. C. C. C. Deferunt tamen hanc regulam leges Saxonicae. Nam in Jur. Prov. Sax. Libr. III. art. 47. dicitur: »an varenden wiven und an finer amien mach en man not dor und sin Lif verwerken of he se aneren dank beleget:« Idem deprehenditur in Conf. El. Sax. XXX. P. IV. »wie denn auch die Sachsen-Rechte, da an einem gemeinen oder freyen Weibe Notzucht begangen, dieſelbige Gewalt mit folcher Schärfe strafen; darbey wir es auch bleiben lassen.« Conf. quae ad illum Jur. Prov.

Sax.

ctum est, vt paene omnes, iisque recentissimi ICti, stuprum violentum tunc tantum adesse dixerint, cum femina honesta compressa fuerit, *fornicationem violentam* appellantates, si meretrix coacta sit, tempore concubitus vitae profligatae adhuc dedita<sup>t</sup>). Qua quidem viuendi consuetudine relictā, stupro quoque violento locum concedunt<sup>t</sup>). Mihi autem longe alia mens est. Non dubito enim, quin, in meretrice etiam stuprum violentum committi posse, existimem. Et habeo quidem duplē huius sententiae causam. Quod enim ad ipsas, quibus causae praesidium quaerunt, attinet leges, haec illorum, vti sibi singunt, minime patrocinantur sententiae. Legum enim non hoc consilium est, vt ipsam stupri violenti naturam definiant, quod ab iisdem ne postulari quidem potest. Sed ex ipsis earum verbis hoc tantum colligitur, describi

poenam

Sax. locum commentatus est C. U. GRV.  
REN, *teutsche Alterthümer*. Cap. VIII. p. 111.  
sq. et CARPOV, Qu. XXV. No. 52., qui  
de praxi Saxonica testatur. — Etiam leges  
Borussiae consentiunt. Vid. *Preußisches  
Gesetzbuch* Th. II. Tit. XX. §. 1038.

s) QUISTORP, *Grundl. des peinlichen  
Rechts* §. 486. MEISTER l.c. 298. KLEIN  
l. c. §. 404. GROLIMANN, *Grundl. der  
Criminalrechtswissenschaft*. §. 579. aliique.

t) Jam GLOFFA ad Jus Prov. Sax. Libr. III.  
art. 46. hanc sententiam fovet, quam deinde  
fere omnes fecuti sunt: conf. KRESS,  
ad art. 119. C. C. C. §. 2. no. 1. BOERNER,  
ad eund. §. 1. KLEIN, §. 404. et  
GROLIMANN, l. c. §. 581. Differunt KOCH,

l. c. §. 285. et 293., quia art. 111. C. C. C.  
haec verba habeat: »jr — ehr nome.“  
quae tamen in feminam, meretricem, plane  
non quadrant. Qua in re etiam ii maxime  
falli videntur, qui eo usque procedant,  
vt stuprum violentum excusandum exi-  
stent, si stuprator nesciuenter, vitam me-  
retriciam a femina defertam suisse: conf. in-  
primis BOERNER, ad art. 119. C. C. C.  
§. 2. QUISTORP, l. c. §. 487. et PAAL-  
ZOW, l. c. §. 517. Not. 1. Ut enim semper  
homicida habetur, qui dum inimicum in-  
terficere fludebat, alium interficerat, ita  
stuprator violentus semper existimandus est  
is, qui feminam meretricem ratus, vi op-  
proferat.

poenam delicti eius, quod in *honesta* femina commissum fuit; de ea autem, quam dixi, causa, prorsus nihil reperitur. Quam ob rem vehementer errant, qui verbis legum notionem stupri violenti accommodari posse opinantur, et quae in lege omessa sunt consilio, ea ab re ipsa abesse praecipiunt<sup>u)</sup>. Deinde neque eorum stare potest ratio, qui ex ipsa huius delicti natura docere posse sibi videntur, concubitum a mercetrice extortum, non esse in numero stupri violenti. Ut enim rapina, ait celeberrimus *Cella*, quem honoris caula nomine, non locum habet, ubi soluto pretio vi eripiuntur merces mercatori publice venales, aut si pecunia a quodam e fenestra deiecta deportatur ab eo, quem ille odit, ita nec stuprum violentum dici potest, ubi meretrix, stipendio soluto, ad concubendum adigitur. Sed ut omne simile claudicat, ita etiam haec exempla minime rei conuenire videntur.

Nam, qui mercatori merces eripit, quarum pretium soluit,

u) His argumentis misus est sine omni delictorum notiones tam falsae constitutas dubitatione TITTMANN, cum l. c. §. 169. Not. a. dicit: »Der 119. Art. d. P. G. O. spricht von einem unverleumdeten Frauenzimmer. Allein daraus folgt noch nicht, wie fast alle Strafrechtslehrer glauben, daß unbescholtener Ruf zum Begriff der Nothzucht gehöre. Es folgt weiter nichts, als daß die in der P. G. O. angedrohte Strafe nicht eintreten könne, wenn die Weibsperson nicht in gutem Rufe stand.

Ceterum non possum non, quin hoc lo-  
eo moneam, causam, cur plurimorum

hucusque a Jureconsultis fuerint, in eo praecipue politam esse, quod eas semper legum verbis accommodare studuerint, neque intellecterint, leges non notiones constituerent, sed singulas cuiusque delicti rationes enumerare, quas, si cui insin actioni, hac vel illa poena persequi iubent.

Neque id est demonstratione, nam exempla ubique sunt in promtu. Conf. tamen TITTMANN, Versuch über die wissenschaftliche Behandlung des peinlichen Rechts. Leipzig, 1798, p. 54—58.

uit, is nullam rapinam committit, quod non lucri cupidine facit, neque fieri potest, vt mercator, cui pretium soluitur, de iniuria sibi facta queratur. In altero autem exemplo nulla vis, nec illus occurrit aggressor; is enim, qui pecuniam in vulgus sparsam suscipit, nil aufert, sed id, quod alter deraelinquit, occupat. Quare vtraque species meae non derogat lalentiae, nec notionem stupri violenti in meretrice vi subacta tollit. Praeterea vero meretrix quaelibet, licet vel maxime sit vulgaris, tamen delectum quendam habere solet, ita, vt ei nolenti se obtrudere non sine summa iniuria quis possit. Nam, quod semina corpus suum venum dat iis, quibus ipsa velit, ex eo non sequitur, vt eodem iure cogi possit, eius cuius noluerit, amplexus perpeti<sup>v)</sup>. Ut enim e turpi causa ius nasci non potest, siquidem ius est sanctum quoddam, natura humana datum, ratione optime comprobatum, ita etiam meretricis lasciviam, ad iniuriam ei imponendam, nemo praetendere potest. Etenim meretrix, quae marem volens admittit, libere agit, nec eius, qua gaudet, circumscribitur libertas, cum contraria ex parte is, qui inuitam, libidinis explendae causa, vi supprimit, atque reluctantis seminae attentat pudicitiam, eam facultate morali de actionibus suis statuendi priuat; sic autem homine, qui tamen proprio pollet fine, tanquam medio vtitur, quo corporis perfundi possit voluptatibus. Quanquam enim meretrici non est honos pudicitiae et castitatis, tamen est relicta libertas cedendi cor-

pus

v) Hoc argumento potissimum nisi videtur ENGELHARD, l. c. §. 376. p. 538.

pus suum his, qui ipsi placuerunt, vnde non sequitur, vt quicunque, cui illa placuerit, vi extorquere possit id, quod non nisi a voluntate penderet.

Denique meretricis haec ratio est, vt pactum volens ineat, quo, pretio soluto, virum, quem velit, recipiat, non, vt quemlibet vel nolens admittat. Ex eo sequitur, eum, qui nolentem cogit, vi extorquere id, quod alter denegare potest, sic autem stuprum violentum committi; quod praefertim tunc accidit, cum quis feminam in luponari verfantem, licet quaestum corporis sui profiteatur, contra eius voluntatem deliciis suis substernit. Nam in stupro violento hoc summum est, quod libertas hominum, valetudo, vita laedatur, aut in discrimen vocetur <sup>w)</sup>, quod et in meretrice locum habere potest, turpique eius vita nullo pacto tollitur <sup>x)</sup>.

### §. 6.

*Num inter coniuges hoc delictum locum habeat?*

Ardua quoque, de qua in utramque differitur partem, quaestio ex eo mouetur, num unus coniugum intuitu alterius crimi-

w) Conf. TITTMANN, I. c. §. 169. Not. a.

x) Ex instituto plura aduersariorum argumenta afferre neglexi. Primum enim, quale fit illud argumentum, quod in meretrice pudicitia laedi non possit, tam ex iis, quae supra (§. 2.) disputationi, quam ex iis intelligi potest, quae contra reliqua argumenta hoc loco dixi. Deinde sententiam, quam

fouent CELLA, I. c. §. 102. p 179. SER-

VIN, üb. die peinl. Gesetzgeb. p. 190—192.  
et DE SODEN, I. c. Th, I. §. 153. meretrices ciuitatis tutela plane indignas esse, vel auditu euaneſcit. Sed jung. I 22. Codic. ad leg. Jul. de adulter. et Articul. CXIX. Conſtitut. criminal. Caroli V.

criminis violentiae stuprationis se reum facere possit? Afferere  
hōc et aientem defendere sudet sententiam Iureconsultissimus  
**TITTMANNUS**<sup>y)</sup>, qui hac potissimum ducitur ratione, quod  
essentia huius delicti in vi, quae in personis matrimonio iun-  
ctis aequae ac in aliis locum habere possit, consistat, quare  
etiam *Cellam*, qui ex altera fiat parte<sup>z)</sup>, praeconceptae ex  
studio antiquitatis ortae accusat opinionis. Et sane fauere  
huic sententiae videtur, quod coniunctio personarum pericu-  
lum tali actione conciliatum auertere nequeat, et coniux de-  
bitum coniugale prafacte denegans a iudice quidem ad of-  
ficium perduci, non autem ad illud vi ab altera parte allata  
compelli debeat; cui accedit, quod is, qui feminam vi com-  
presserit, non Lege Iulia de adulteriis, sed Lege Iulia de vi  
publica tenetur<sup>aa)</sup>. Sed magni nominis Iureconsulti<sup>bb)</sup> ideo,  
quia laesio iuris et iniustitiae absit nota, imo vero alter iure  
coitum reculandi desistatur, aliam fouent opinionem, cui  
suffragatur, quod naturae matrimonii id insit, vt in eo ineun-  
do duae personae de corporum vnu sibi inuicem, cum exclu-  
fione aliorum, communicando conueniant, ideoque neuter  
obligationi semel susceptae se subtrahere, nec officium dese-  
rens

y) l. c. §. 196. not. b.

Epigr. I. Io. VOET, in Commentar. ad  
Pand. Libr. 48. Tit. 6. no. 2.

z) l. c. §. 100.

bb) BOEHMER, ad art. 119. C. C. C. §. 3.  
aa) Conf. IO. ORTW. WESTENBERG, in Princip. iur. secund. ordin. Pand. Libr. 48. Tit. VI. no. 1. IO. GVIL. HOFF-  
MANN, ad Leg. Iul. de adulter. Cap. II. nec non CELLA, l. c. §. 100.  
PAIZOW, l. c. §. 519. et STEL-  
ZER, l. c. §. 568. in primis vero ENGEL-  
HARD, l. c. §. 354. p. 496. et §. 576. p. 538.

rens, de metu iniuria sibi injecto ideoque iusto, vel damno e renisus contentionibus orto, conqueri possit. Quare nullus dubito, quia contendam, hoc crimine coniugem, sociam vitae suae, ad coeundum cogentem, se non polluere, omnino autem illum sibi ipsi ius dicere, et propria, iudice posthabito, auxilium sibi parare auctoritate, modo causa absit, ob quam, vel ob grauem fidei coniugalnis laesionem, quae diuoratio locum dat, vel ob statum corporis praeternaturalem, concabitam renuere valeat, his enim in speciebus, quibus iniuria, vis et repugnantia inest, omnia deprehenduntur congregatus violenti requisita.

### §. 7.

*Num is, qui furiosam vel mente captam personam, libidinis causa, vi supprimit, crimen violenti committat stupri?*

Ad naturam stupri violenti, sicut ex eius notione, quam in antecedentibus exhibui, constat, inter alia etiam hoc requiritur, ut subiectum, cui infertur, dissentire, suamque declarare possit indignationem, quod proprio fieri nequit, nisi ratione, eiusque libero polleat vsu, et hinc euenit, ut Iure consulti in quaestione: num suppressio personae furiosae seu mente captae pro stupro violento haberi possit, in diuersas abeant partes. Sunt enim <sup>c)</sup>, qui, cum serium in furiosa et

<sup>c)</sup> LEYSER, ad Pand. Sp. DLXXXIV. Pand. Exercitatt. 49. §. 102. CHRIST. Medit. 22. BOEHMEN, ad Carpeov. Qu. THOMASIUS, in Diff. de iure circa somnum et somnia. Hal. (recens) 1787. p. 86. QVISTORFF, l. c. §. 490. SCHILTER, ad

mente capta abesse sentiant renisum, tale crimen in iis locum habere negent, cum alii <sup>dd)</sup> id affirment, alii autem <sup>ee)</sup> non nisi certis sub circumstantiis admittant. Mihi haec sedet sententia, quod, cum <sup>ff)</sup> non videatur *velle*, in cuius naturam non cadit *nolle*, et is etiam, qui rationis non compos est, tedium, quod capit, significare possit, toties concubitum cum tali persona in crimen violenti coitus incidere statuam, quoties signa externa de vi adhibita testantur et ex ea de repugnantia, quae antecessit, constat.

### §. 8.

*Num stuprum violentum in puella impubere locum habeat?*

Lascivia hominum eo usque interdum progreditur, ut coitum cum impubere, quae virum nondum ferre valet, puella, exercere tentet, quem congressum, si puella renisum praefisterit, ideoque mas vim adhibuerit, ad stuprum *violentum*, si autem omnis absfuerit actio violenta ideo, quia talis persona ob fragilitatem consentire nequeat iudicii, ad stuprum *non voluntarium* <sup>gg)</sup> referunt, a quibus tamen alii se segregant, qui talem concubitum, cum in eo geniturae virilis eiaculationem debito modo fieri non posse intelligent, crimini Sodomiae ad-

scri-

dd) DE SODEN, Geist der peinl. Gesetzgeb. §. 151. BEYER in Delineat. iur. criminal. secund. C. C. C. art. 119. posit. 9.

ee) TITTMANN, Grundlinien der Strafrechtswissenschaft, §. 169. not. a.

ff) SENECA, de beneficiis Libr. VI. Cap.

20. Huc spectat quoque Lex 3. n. de regulis iuris.

gg) Conf. KOCHII institut. iur. crim. §. 290. DORN, l. c. §. 186. p. 565. MEISTER, l. c. §. 295. PAALZOW, l. c. §. 165.

scribunt. De stupro denique puellae dormienti illato nullum est dubium, quin illud iis, quae citra consensum alterius perpetrantur, adcenſeri debeat. Tota res autem eo reddit. Stuprum, ſub quo coitus ſoluti cum ſoluta meretricio more non viuente ſecundum ordinem naturae peractus intelligitur, a fornicatione, qua quis cum meretrice rem habet, diſſert, et prouti vel vtraque pars in concubitum conſentit, vel in una e personis concubentibus conſensus deſt, in voluntarium et non voluntarium abit. Conſensus in libera voluntatis noſtræ declaratione de re quadam effectui danda vel omittenda conſiliſit, et ad eum non ſolum, vt quis ratione, eiusque gau-deat vſu, ſed etiam ne quis obſtaculo phyſico arceatur, quo mi-nus de re quadam ſtatuerere poſſit, requiriſtur. Id autem, quod voluntatis noſtræ eiusque explicationi impedimento eſt, vel actione alterius dolofa procuratur, vel ex accidenti accedit, et prius vel fraude inducitur, vel vi paratur, ex quo euenit, vt ſuprum non voluntarium, quippe quod vel inſidiis ſtructis, vel occaſione frauduloſo arrepta conſilio, vel vi committitur, in inſidiosum, fraudulentum et violentum diſpeliſcatur, et pro circumſtantiarum grauitate in maiorem imputetur cul-pam. Cae-teroquin, fi tales actions ad normam legum criminalium re-voco, bene perſpicio, violentum ſuprum a violenta fornicatione, violento adulterio et raptu, quoad notionem, vehe-menter diſſer-re.

§. 9.

## §. 9.

*De modo, quo concubitus in stupro violento extorquetur.*

Et haec quidem de personis, in quibus stuprum violentum committi posse existimo, sufficient. Iam de modo, quo talis extorqueri potest concubitus quaedam addam, qui in vi consilii, qua scilicet ab aliis differt stuprorum generibus. Sed quid sub vi designetur, et quomodo in stupro violento comparata esse debeat, accuratius est demonstrandum.

## §. 10.

*De notione vis eiusque speciebus.*

*Vis*, sub qua *conatus agendi de corpore in corpus* significatur, externo se exserit facto, quod propterea suscipitur, ut alter aliquid det, vel sibi surripi patiatur, aut ut aliquid faciat, vel facere permittat, denique ut alterius possessio interpellatur, vel is ea penitus deiiciatur, quare in *ablativam*, *compulsivam*, *turbativam* et *expulsivam*<sup>h)</sup>, nec non, cum vel actu inferatur, vel de ea adhibenda alter ita certioratur, ut ex cogitatione mali praefentis taedium capiat, in *veram* et *repraesentatam* abit. Porro vis dicitur *maior*, cui resisti nequit, *publica*, quae a persona, imperio et potestate praedita, officio suo abutente, aut personae in potestate constitutae, aut armis, *priuata*, quae sine armis, *inusta*, quae ab eo, qui alterum cogere potest, *iniusta* denique, quae *inuria* affertur. Iam, qui alterum malo maiori afficit, vel il-

lud

<sup>h)</sup>) HELLFELD, in *Iurisprudent. forens. secund. ordin.* n. §. 447.

lud ei repreäsentat, eum scilicet in finem, vt aliquid faciat,  
praefest, aut permittat, illum cogit, et ita omnis actio, ex  
iustio mītu perpetrata, coacta dicitur.

## §. II.

*Quaenam vis in violento desideratur stupro?*

Ad essentiam stupri violenti, quod germanice *die Nothzucht* vocatur, vim requiri, iam ipsa indicat denominatio, et ex eo patet, quod Lex Iulia de vi publica eum solum, qui puerum, vel feminam vi stupravit <sup>ii)</sup>, Constitutio Criminalis Carolina <sup>kk)</sup> eos, qui feminam honestam, vxorem, viduam aut virginem mit Gewalt und wider ihren Willen compreflerit, Sanctio Augusti <sup>ll)</sup> denique eum, qui eine gewaltsame Nothzucht commiserit, notent <sup>mm)</sup>). Ut autem intelligatur, quomodo vis debeat esse comparata, quae omnem in laudentem deriuare possit iniuriam, et omnem a laesa auertere queat culpam, ad eos, quibus quis cogi potest, modos est respiciendum, eum facile cogitatione assequi possimus, quod coactio libertatem sentiendi impediat, electionem suspendat, et agendi ita tollat principium, vt omnis cessare debeat imputatio <sup>nn)</sup>). Acute

itv-

ii) Conf. Io. VoET in Commentar. ad x. libr. 48. tit. 6. §. 2. wegen der Nothzucht, die sie beweisen sollen mit Gerufte klagen.

kk) Art. CXIX.

ll) Iungat. Ins provincial. Sax. libr. 2. art. 64. vbi legitur: *Weiber, oder Jungfrauen, die Nothzucht vor Gericht klagen, sollen wegen der handhaften That und*

mm) Conf. BOEHMER ad Carpzov. Practic. nov. rer. crimin. nat. P. II. Qu. LXXV. Observat. II.

nn) Vid. eius Grundfärze des deutschen peinl. Rechts, §. 438. Iung. KREß, ad C. C. C. art. CXIX. §. 8.

itaque coniicit QVISTORPIUS<sup>oo)</sup> vehementiam et magnitudinem violentiae e diversitate virium, quibus inter se coëunt, e conditione armorum, quibus vtuntur, e situ loci, quo aggressus suscipitur, et opportunitate temporis, quo prælicitia alterius tentatur, dijudicari debere. Sane actus, quibus receptacula libidinis causa disturbantur, non sufficiunt, nisi manus iniiciantur ipsi feminae, suppressa reluctetur<sup>pp)</sup>, a vi non deflatur, et impetus ob corporis repellit nequeat debilitatem. Quare vis compulsa, et maior adesse debet, talis scilicet, quae sine coitus admissione averti non possit. Multum igitur abest, vt femina, quae sua vincitur proditione, de vi, quae ei grata est, conqueri valeat<sup>qq)</sup>. Quod autem minas attinet, quas quis, vt feminam pelliciat, iactat, eae, si de stupro violento quaesito est, feroces, graues et saeuae esse debent, ita, vt animum seminae percellant, et eam in praefentissima ventur vitae vel valetudinis pericula atque discrimina<sup>rr)</sup>. Interea non negandum pro circumstantiarum varietate multa et grauissima dubia quaestionem de stupro violento saepius implicare, quare prudenti sagacis iudicis arbitrio relinquendum, vt omnia ad legum reuocet normam.

## §. 12.

oo) vid. eius *Grundsätze des deutschen  
peinl. Rechts*. §. 488. Iung. KRESS, ad  
C. C. C. art. CXIX. §. 8.

pp) Conf. KOCH, in Instit. iur. criminal.  
f. 287. et LEYSER ad n. Spec. DLXXIV.  
Med. I. §. 9. 10. 11 et 12.

qq) OVIDIUS, Lib. I. Amor. Eleg. 5. §.  
15 et 16. ita canit:

Cumque ita pugnaret, tanquam quae  
vincere nolle,

Victa est non aegre proditione sua.

rr) Conf. KRESS, l.c. §. 7. MEISTER,  
in Princip. iur. criminal. Cap. XXIII. §. 4.  
DE BOEHMER ad C. C. C. art. 119. §. 5.  
BEYER in Delineat. iur. criminal. secund.  
C. C. C. art. 119. no. III.

## D

*De veritate delicti in stupro violento accurate definienda.*

Merito **CICERO**<sup>ss)</sup> in omnibus iis, qui nomina aliorum de crimine quodam deferunt, exigit, delictum ut indicent, rem ut definiant, hominem ut notent, argumento ut probent, teste ut confirment; maledictionem enim esse, quae nihil habeat propositi praeter contumeliam, quae si petulantius iactetur, conuicium, si facetius, urbanitas nominetur. Si quis autem rei accuratam suppeditare vult definitionem, omnia eius momenta, omnes notas, atque viuuersam eius exhibere debet conditionem, quare nemini mirum videatur, Iureconsultos, cum de poena grauiori infligenda agitur, maximos impendere labores, quo crimen ipsum, eiusque veritatem ex omnibus circumspecte sistant facti argumentis. Sed non raro euenit, ut in iis, quae rei ingrediuntur naturam, signis, diuersa premant vestigia, quod etiam in stupro violento, quando de poena ordinaria sumenda sermo est, fieri intelligo, quippe cuius consumationem alii in feminis immissione ponunt<sup>tt)</sup>), alii vero, cum animaduerionis ratio non tam in priuata iniuria, quam in securitatis publicae laesione et violenta pudicitiae delibatione consistat, citra eam quoque, dummodo libido ad actum proximum procecerit, afferere non dubitant<sup>uu)</sup>); ego certe,

ss) In Oratione pro Caelio.

tt) LEYSER ad π. Spec. DIXXIV. Mēdit. 17. MEISTER, l. c. §. 296. QVISTORP, l. c. §. 489. PÜTTMANN, Element. iur. criminal. §. 593. GROLMANN, c. l. §. 380.

uu) Conf. HEINECCIUS, in Element. iur. germ. Lib. 2. Tit. 25. §. 246. SODEN, Gesetz der peinl. Gesetzgeb. B. I. §. 153. BOEHMER, ad Carpz. Pract. rer. criminal. P. II. Qu. 75. Obs. 5. et ad C. C. C. art. 119. §. 8. KOCH, l. c. §. 286. STRUBEN,

certe, si mecum animo reproto, crimen tunc demum pro perfecto haberi posse, si nihil eorum, quae ad eius effentiam pertinent, desit, ideoque agens finem, quem sibi proposuerat, facinore assequatur, in stupro violento autem, licet vis graviorem induat culpam, coitum ipsum in noxam etiam imputari et qualificatum vindicari stuprum, mihi persuadere non possum, poenam ordinariam, si semini deficiat immisso, locum habere posse, nec mihi BOEHMER, Koch et KLEIN<sup>wv</sup>), qui membrorum genitalium coniunctionem et penetrationem in vaginam muliebrem requirunt, aduerstantur, cum, si ejaculatio feminis iam antea fuerit peracta, mas, invita femina, nunquam eo usque peruenire possit. His accedit, Medicos geniturae virilis ejectionem ad omnem, ideoque etiam ad illitum requirere coitum.

§. 13.

*De divisione stupri violenti in simplex et qualificatum.*

Quae huc usque de notione stupri violenti disserui, ea quidem ad hanc recte constituantur sufficere existimo, nonnulla tamen partim illustrationis causa, partim autem, ut universa de hoc delicto doctrina melius intelligatur, addere e re mihi esse videtur. Legi autem GROLMANNUM, stuprum ideo, quia is, qui feminam consanguinitatis aut affinitatis vinculo sibi iunctam, vel vxorem vi supprimit, maiori, quam is, qui hac labe in virgine se contaminat, laboret culpa, in simplex

et  
in rechtl. Bedenken, 24. KLEIN, l. c. vv) locis citat.

§. 498.

D 2

et qualificatum dispescere, atque id stuprum violentum, quod in feminam, quae ob conditionem personae stupratorem admittere nequit, committitur, *qualificatum*, id autem, quod feminis extra omnem cum eo nexus positus infertur, *simplex* vocare; sed hac diuisione, cum nullam asserta vtilitatem et Carolus V. in C. C. sub stupro violento etiam adulterium violentum complectitur, facili superedere possumus negotio.

§. 14.

*De differentiis, quae stuprum violentum et raptum intercedunt.*

Isidoro<sup>ww</sup>) quidem raptus nihil aliud est, quam illicitus, qui a corrumendo nomen accepit, coitus, et hunc in sensum forte accipiendus quoque est locus apud QUINTILIANUM<sup>xx</sup>), cum ait: rapere voluit (huic enim certe criminis ignoscitis) inde tumultus, inde voces repugnantis, inde fortasse etiam nimia puellae querela, quod audaciam pro iniuria tulit, quod se raptam, quoniam ille rapere voluisse, proclamauit. Sed Iureconsulti sub raptu intelligent actum, quo persona honesta contra suam, aut eorum, quorum in potestate est, voluntatem, animo libidinem explendi, de loco abducitur<sup>yy</sup>). Et diuersis quidem, in XIV. Institutionum suarum libro, de hoc et stupri violenti crimine MARCIANUS egit locis,<sup>zz</sup>) ex quo, et cum etiam sine pudicitiae laetione, sola abductione violenta,

raptus

ww) Libr. V. Etymol. XXVI.

mentar. ad π. Libr. 48. tit. 6. §. 4. LEY-

xx) Declaration. CCLIX.

SER ad π. Specim. DXCHI.

yy) §. 8. Institut. de public. Iudic. Tit.

zz) l. 3. et 5. π. ad leg. Iul. de vi publ.

Cod. de rapt. virg. lo. VoETIUS, in Com-

raptus peragi possit, stuprum violentum autem in pudicitiae adtentatione consistat, consensus etiam personae, quae abducitur, sive in alterius potestate vel tutela est constituta, delictum non tollat <sup>aaa)</sup>, cum stuprum violentum sine renisu intelligi nequeat, facile concludi potest, naturam horum criminum multum inter se differere.

## §. 15.

*Cuiam delictorum classi stuprum violentum adnumerandum sit?*

Valde diuersae sunt virorum doctorum sententiae, cuiam delictorum generi stuprum violentum sit adscriendum. Alii enim, iisque plurimi, stuprum violentum in numerum delictorum carnis ponunt <sup>bbb)</sup>: alii ad vim publicam <sup>ccc)</sup>: alii vim privatam <sup>ddd)</sup>: alii ad delicta in libertatem alierius commissa <sup>eee)</sup>: alii ad delicta contra ius familiarium <sup>fff)</sup>: alii contra honorem <sup>ggg)</sup> referunt, alii denique hoc delictum tale, quod plures induit formas, esse autumant <sup>hhh)</sup>. Non opus est,

aaa) C. C. C. art. CXVIII. et PÜTT-

mann, in Adversar. libr. II. Cap. XXIX. ddd) Haec est sententia Auri celeberr. DE-

SODERI. l. c.

bbb) Quorum in numero est: CAROL.

eeeee) Vid. SERVIN, I. C. CHPH. CAR.

GUIL. GÄRTNER, inst. iur. crim. ZA-

STÜBEL, System des allg. peinal. Rechts.

CHARIAS RICHTER, inst. iur. crim. EN-

TH. II. p. 180. et GROLMANN, I. C.

GAU, KOCH, QUISTORP, MEISTER, DE-

fff) Ita FILANGIERI, System der Ge-

GLORIG et HUSTER, PAALZOW, CEL-

setzgebung, Anspruch, 1790. Th. IV. p. 548,

LA, ENGELHARD, STELTZER, PÜTT-

et 584. sq.

MANN, DORN et KLEIN, in libris saepè

ggg) Conf. GALLUS ALFONS. KLEIN-

laudatis.

SCHROED, Entwicklung des peinal. Rechts.

ccc) VDVS BOEHMER, elem. jurispr. crim.

Th. III. §. 135. p. 254. No. 8.

et GMELIN, Grundj. v. Verbr. u. Strafen.

hhh) Haec sententiae addiccius est TITTE-

est, ut has virorum doctorum sententias singulatim examinem; sufficit enim, quae mea sit sententia, dicere, et, quo nitatur fundamentum, indicare. Sequor scilicet sententiam ultimo loco positam, quae ipsa nititur divisione delictorum in *simplicia* et *multiplicia*, quibus scilicet ins variis laedi potest modis <sup>iii</sup>). Nam, cum stupro violento vel libertatis, vel valetudinis, vel vitae adeo periculum afferatur (§. 3.), ad delicta autem singulis classibus annumeranda opus sit, ut certo constet, quale dannum secum ferant, stuprum violentum his ascribendum esse censeo.

## §. 16.

*Num propter stuprum violentum iudex ex officio inquirere possit?*

Est hoc quidem in iudicis positum officio, ne delicta, quibus securitas reipublicae et iura laeduntur singulorum, impunita praetermittat. Sed omnem tamen nauare debet operam, ne ipse e praepostera inquisitione haud leue ciuibus ad portet detrimentum. Inde sequitur, vt fama publica <sup>kkk</sup>), denunciatione, vel accusatione prouocatus, ante omnia grauia colligat indicia, et his instructus criminis, eiusque auctoris perquirat cognitionem <sup>lll</sup>).

ORNA-

MANN, l. c. §. 169. et in Eius *Versuch* üb.  
die wissenschaftl. Behandl. des peinl. Rechls.  
Not. 45. p. 145.

10. QUISTORP, l. c. §. 492. p. 760. et  
DORN, l. c. §. 187. p. 569. seq. Leges Bo-  
russicae ita fanxerint: »Wenn die Bele-  
digten dergleichen Verbrechen nicht rügen,  
et TITTMANN, *Versuch* etc. §. 45 et 51.  
et in eius *Grundlinien* §. 87. Anmerkung.  
kkk) Prudenter tamen agat et L. 12. §. 1.  
Cod. de poen. recordetur.

III) BOEHMER, ad art. 119. C. C. C. §. Tit. XX. §. 1060.

# ORNATISSIMO HVIVS LIBELLI AVTORI

S. P. D.

IOANNES CHRISTIANVS FRANCKE

IVR. UTRIUSQUE DOCTOR.

Optatum mihi, VIR ORNATISSIME, in sinum delatum est negotium, quod mihi contigit, ut in societatem literarii tecum venirem certaminis, cuius quidem rei hanc habeas rationem, quod in Te non copiam solum animadverterem doctrinarum, sed morum etiam suauitatem, atque cognoscerem Te magnopere ingenii delectari studiis atque artibus. Libellum, quem proprio elaborati Marte, paene integrum Tibi reddidi: nam, in eo perlegendo, commentationem medicam experientissimi Ioannis Godofredi Caroli Fürbringeri de stupro violento, et causis, cur hoc sub certis modo conditionibus fieri, graviditas vero nunquam exinde oriri poslit, in memoriam revocabam, qui praeente Metzgero in Medicina forensi §. 453. e principiis medicis egregie docuit, suprum violentum ab uno mare cum femina, nisi sit impubes, tenera vel infirma, nunquam committi, nec ex ullo coitu violento grauiditatem sequi posse. Quod, ut teneant iudices, ne falso quem in invidiam inducant criminе, ex animo opto. Tu autem, VIR ORNATISSIME, vestigiis, quae premis, virtutis infla, his enim strenue progre- diens ingenii atque omnis praestantiae uberrimos capies fructus. Ita vale meque de meliori commendatum habeas nota. Scribebam die XIII. Calend. Ianuar. MDCCCI.

ORNATISSIMO HAUS IN HETTEN ALDOLI

Wittenberg, Diss.; 1799-1801





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DE

# NOTIONE STVPRI VIOLENTI

## DISPVTATIO.

Q V A M

ILLVSTR. ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R O

S V M M I S I N V T R O Q V E IV R E H O N O R I B V S

R I T E C O N S E Q V E N D I S

P R A E S I D E

IOANNE CHRISTIANO FRANKE

IVR. VTR. DOCTORE FACVLT. IVRID. WITTEBERG.  
NEC NON IVDICII PROVINCIAL. IN MARCHIONATV LVSATIAE  
INFER. ASSESSORE ORDINARIO

DIE XXII. DECEMBRIS CIOIOCCC

D E F E N D E T

A V C T O R

C A R O L V S F R I D E R I C V S B V R S I A N

A R N S D O R F I O . M I S N I C V S

F I S C I E L E C T . P E R C I R C U L V M M O N T A N V M P R O C V R A T O R ,  
IVR. VTR. C A N D . E T A D V O C A T V S I N S A X . I M M A T R I C .

W I T T E B E R G A E

L I T T E R I S C H R I S T I A N I P H I L . M E L T Z E R I  
A C A D E M I A E T Y P O G R A P H I